

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Seruitus I
cum fonte primo

Seruus est sed fortasse liber animo.
Seruus est;

Ostende quis non sit:
alius libidini, alius auaricie,
alius ambitioni,

omnes timori.

Nulla seruitus turpior est quam
uoluntaria.

Seneca XLVII. epistola.

‘Seruus est.’ Sed fortasse liber animo.

‘Seruus est.’

Hoc illi nocebit?

Ostende quis non sit:

alius libidini seruit, alius auaritiae,

alius ambitioni,

<omnes spei>,

omnes timori.

Dabo consularem aniculae seruientem,

dabo ancillulae divitem, ostendam

nobilissimos iuvenes mancipia

pantomimorum:

nulla seruitus turpior est quam

uoluntaria.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 47, 17 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.123, ll.13-18).